
DARGAUD in medium profert: novum periculum adit **Asterix**



composuit
Goscinny

pinxit
Uderzo

in Latinum
convertit
Rubri-
castellanus

Stuttgardiae
sumptibus
DELTAE

MAISON DE LA PRESSE
Librairie - Papeterie
1, place Masséna
NICE - Tél. 87.79.42




paulo minus valeo, Panoramix!...
nullo modo, Obelix, potionem magicam accipies! milies tibi dicebam te natum infantem in eam incidisse!

periculum quoddam Asterigis

FALX AUREA

composuit Goscinny

pinxit Uderzo

in Latinum convertit
Rubricastellanus



Stuttgardiae sumptibus DELTAE MCMLXXVIII

Übersetzungen in andere Sprachen: BELGIEN: Editions du Lombard, Bruxelles. DÄNEMARK: Gutenberghus Bladene, Kopenhagen. DEUTSCHLAND: DELTA Verlag, Stuttgart. FINNLAND: Sanoma Osakeythio, Helsinki. FRANKREICH: (Originalausgabe) Dargaud, Paris. GROSSBRITANNIEN: Brockhampton Press, Leicester. HOLLAND: Geillustreerde Pers., Amsterdam. ITALIEN: Arnoldo Mondadori Editore, Verona. NORWEGEN: Hjemmet Forlag, Oslo. PORTUGAL: Livraria Bertrand et Editorial Ibis, Lissabon. SCHWEDEN: Hemmets Journal Förlag, Malmö. SPANIEN: Editorial Bruguera, Barcelona; Editorial Molino, Barcelona.

Verlag: DELTA Verlagsgesellschaft mit beschränkter Haftung, 7000 Stuttgart 1, Postfach 1215. Herausgeber: Adolf Kabatek. Lateinische Übersetzung: Karl-Heinz Graf v. Rothenburg. Redaktion: Roswith Krege-Mayer. Druck Henri Proost u. Co., Turnhout. Gedruckt in Belgien. © DARGAUD EDITEUR, PARIS -1963- von Goscinny und Uderzo. Deutsche Rechte bei DELTA Verlagsgesellschaft mit beschränkter Haftung, STUTTGART 1978, 3. Auflage.




anno a.C.n.L: tota Gallia, quae, ut vides, est divisa in partes quinque, a Romanis occupata est... Totane? Minime! Vicus quidam a Gallis invictis habitatus invasoribus resistere adhuc non desinit. Neque vita facilis legionariis Romanis, quibus sunt castra bene munita Babaorum, Aquarium, Laudanum, Parvibonumque...

QUIDAM GALLORUM...



ASTERIX heros noster est, qui subiit haec pericula. Ei, viro bellicoso humili statura ingenioque callido omnia periculosa mandata sine ulla dubitatione committuntur. Vim plus quam humanam ex potione magica Panoramigis Druidae trahit...



OBELIX inseparabilis Asterigis amicus est. Munus eius est ingentes cippos comportare, valde amat carnem aprorum. Obelix semper paratus est omnia ex manibus demittere, ut Asterigem ad novum periculum subeundum sequatur, dummodo apri et acerrimae rixae appareant...



PANORAMIX, venerabilis vici Druida, visca secat potionesque magicas miscet. Imprimis potio quaedam, quae vires incredibiles tribuit, popularissima est atque gratissima vicanis. At Panoramigi etiam aliorum potuum praecepta sunt...



MAIESTIX postremo princeps civitatis est. Augustus, fortissimus, suspiciosus homo rei militaris peritissimus a suis colitur, timetur autem ab hostibus. Maiestix nihil timet nisi hoc unum: ne caelum in caput cadat. At ut ipse dicit: "Nondum omnium dierum sol occidit."



CANTORIX bardus est: iudicia de eius indole diversa sunt: ipse se ingeniosum iudicat, omnes ceteri cantus eius incredibiles esse sentiunt. At cum nihil dicit, sodalis hilaris atque alacer est, ab omnibus magni aestimatus.


TABERNA
viculus ad libertatem defendendam paratissimus, quem Asterix Gallus, vir bellicosus, habitat, pace utitur...
fuitne operae pretium venatio, Asterix?
fuit parum prospera hodie...
Obelix, qui fabricat exhibetque cippos, labore suo delectatur.
o Gallia cara...
Cantorix bardus liberos instruit...
age, puer, quid de moribus maiorum referre potes?
VIII × V = XL
III + I = IV
?
in summa: omnes in otio et pace vivunt.
visne alterum aprum, Obelix?
certe volo!
at subito...
PRO TEUTATES!
?
?
?
?


quis tam horribili voce clamat?
vox Panoramigis Druidae est!
clamor ex ista quercu oritur!
cruxlgrrrrfixl... sacrammmmento... mallummmm...
quid accidit, o Druida?
per Belenum, Teutatem, Belisamam! falcem auream confregi!
!
horribile dictu! vis magica viscis non est nisi aurea falce secantur.
2-A
malum! mihi brevi eundumst in silvam Carnutum, ubi conventus anniversarius Druidarum Gallorum habetur. sine falce eo ire non possum!
novam falcem emamus!
bonae falces rarae sunt!
longe optimas – alias enim recuso – clarissimus Amerix conficit Lutetiae, in urbe longinqua...
ita est. falces ab Amerige factas optimas esse ubique notum est.
eh, recte...
et Lutetia longinqua est... si quis eo pervenire vult, silvas latronibus barbarisque refertas percurrat necesse est!
ad percurrendum paratus sum, o Druida!
2.B.



*Cicero, si hoc audiret, in sepulcro rotaretur.


hoc tempore multi quidem latrones in silva esse videntur. paulum potionis magicae sumam.
mihi numquam quidquam potionis datur, quia natus infans in aenum potionis magicae plenum incidisse dicor. aequum non est!
ceterum: estne tibi pecunia, ut falcem auream emere possimus?
certe quidem – centum nummos aureos mecum duco pro falce paucosque aeneos pro impensis nostris...
hoccine audivistis?
porro, collatrones!
cedo nobis aurum!
istine sunt nostri latrones?
esse videntur...
fieri non potest, quin dives sit Amerix, tuus consobrinus!
o certe!
CRACC
et quorsum utitur hac copia auri, quam pro falcibus accipit?
falces aureas fabricat.
TUX
silvam latronibus abundaturam non spero, ne nostra celeritas eundi minuatur.



*hac salutatione Francogalli ad hunc diem utuntur. **Lutetia est caput Parisiorum.



*oppidum hodie 'Le Mans' appellatum.


quam confertum agmen! quam pestilens aer! quomodo homines hic vivere possunt?
celerrime domum Amerigis quaeramus!
noli turbare curriculum meum, o barbare!
num tu Ben Hur es, furcifer?
ex isto piscatore viam quaeramus; placidus videtur...
vorantne hamum?
si homines omnia scruta in fluvium conicere pergent, brevi ne unus quidem piscis supererit. en omnem praedam huius diei: amphoras...
potesne mihi dicere, ubi sit domicilium Amerigis?
venditoris falcium? tertia via a dextra!
AMERIX
monopolium falcium Druidarum - parisiaca - monumenta artis antiquae



*homini miserando vitium oris est: litteras sibilantes dicere non potest.


venitichne exch provinciich ad mare Atlanticum chitich?
e qua re id agnoscis?
agnochco e vechtro cippo. chum perchpicacichimuch!
APUD ARVERNUM MADIDUM
vina Aquitanica - cervisia
ego Arvernuch chum, e loco haud procul a Chergovia ortuch chum.
Chergovia?
Gergovia!
dic mihi, amicissime: notusne tibi est Amerix quidam, venditor falcium?
Amerixch?
neque quichquam mihi notuch echt, cui chit nomen Amerixch. exchaurite vechtra pocula, mihi claudendumcht!
?
!
APUD ARVERNUM MADIDUM
vina Aquitanica - cervisia
Aquitanica - cervisia
APUD ARVER
vina Aquitanic
BUM
BUM



quid me vis?
voch monere volo. Amerixch a duobuch virich quaeritur!
hem... quid dicis? Amerix? quales sunt illi viri?
chigna chpecialia non intellexchi. alter Galluch crachuch, alter parvuch echt!
ah! paene oblituch chum. alter chpatiatur per vias cum cippo!
cum cippo?
optime! fac abeas taceasque, si vita tibi cara est!
bono animo chich! chilebo ut chepulcrum!
nunc illos duo homines curiosos investigabo...
II 10.A
per Belenum, deos mihi favere credo!
si revertemur sine falce, Druida noster in silvam Carnutum proficisci non poterit, ut ceteros Druidas conveniat. malum!
et me fortuna Amerigis consobrini sollicitat!
ille Arvernus nonne aliquid mirum habebat?
certe quidem: miram linguam.
II 10.B


mea culpa! mihi ignoscatis, quod rustice in vos irrui...
nihil est!
nihil, omnino nihil...
peregrini esse videmini in nostra amplissima urbe. auxiliumne meum accipitis?
quaerimus Amerigem...
Amerigem? at amicus carrissimus ille mihi est! cur eum quaeritis?
o mirum ludum fortunae!
falcem auream ab Amerige emere volumus.
ah, prima, primissima!
Amerix Lutetia relicta otio cum dignitate fruitur.
babae!
haud multum interest, mecum venite: falces bono pretio vobis comparare possum!
ehem, sed...
at quid fiet de cippo meo?
fortasse domini aliquid deponere volunt?
VESTIARIUM


optamus mensam sedesque tres paulo longius a musicis sitas...
certe quidem; me sequamini, quaeso...
cervisiamne sumitis?
da mihi lac caprarium...
...et mihi aprum assum satis pinguem.
sed ho... hodie non habemus...
nihil cura...
ubi sunt falces?
paulum modo exspecta, per punctum temporis rediero...
LOCUS PRIVATUS
mihi nomen est Lucrifix, dominus sum huius cauponae. Brutalix, amicus meus, vos falcem auream petere mihi dixit.
petimus profecto...
falx quaedam excellentissima stat tribus milibus auri. pactumne?
?!
huiii! centum nummos aureos mecum duco. id est pretium falcis aureae!
quisnam te emere cogit? concilium in silva Carnutum appropinquat: falces aureas Lutetiae invenire non poteris.
auri sacra fames! rapacior es quam fiscus!
ne iterum tam tenaces homines ad meam tabernam adduxeris!


quis tenax est?
nemo nisi tu tenax est!
momentum, momentum!
CLACCC
redde, amabo, mihi istum cippum!
accipies eum duobus assibus.
vos ego! heia vero, musici, strepere et clamare pergite!
Asterix, potesne mihi duo asses mutuum dare?
CLACC
TAX
gratias ago! aliquot mihi relinquas!
VEST
festina, ne post festum adsim!
VESTIARIU
adsum! quis restat?
TUX
TAX
TOX
aes tibi debeo...
obliviscere! inter amicos...
CRACCC
TUX
TAX
cavete! Romani!!!


facessite hinc!
?
quid? estne finitum spectaculum?
per Iovem! Pompei post eruptionem Vesuvii!
TIARIUM
pergamus?
desiste nos omnia eis explicare melius est!
vosne auctores huius vastationis estis?
sumus. et nota bene: moderatione usi sumus!
sequimini me! omnia centurioni explicare potestis!
vade retro! age, age! vade retro!



ave centurio!
ave decurio! aliquid novi?
isti duo homines cauponam Lucrifigis demoliti sunt!
summa summarum: si recte perspicio, centurio plus est quam decurio.
et quidem decies!
merito ei accidit. hos demolitores Gallicos in vincula conicimus. iudicium datur ad kalendas Graecas...
pro Teutates! quousque tandem abutere patientia nostra?
silentium, pumile Gallice!
ne modum excesseris. alioqui pacem vestram rumpam!
ah, rumpes?!
eh, rumpam!!!
oh, incipiam? incipiam?
pax esto, domini!
clamores vestri praefectum cenantem turbant. scire vult, quae hic fiant...
vides, quae feceris? praefectus Lutetiae inquietatus est. ei ipsi nunc tua facinora explicare potes!
et plus quam centurio est — millurio?


ave, o Gracche Fastidiose!
ave, collega, ave!
quis ad tantam audaciam provectus est, ut me cenantem inquietet?
Galli sunt. inter eos contentio capitalis fuit.
lites inter Gallos, nihil nisi lites! pertaesum est huius furoris Gallici! molestum est...
hi duo Galli destructivi sunt: cauponam Lucrifigis destruxerunt.
fuistisne pleni cervisiae?
minime vero. nos unum modo volebamus: Druidae nostro falcem auream emere.
Lucrifigem commercio falcium implicatum esse iam pridem suspicatus sum...
tantam sagacitatem! o Gracche Fastidiose, maximus es!
mitte, mitte... dimitte hos Gallos, taedium mihi afferunt. sum lassus, lassus, la...
quid ad illud commercium falcium?
Lutetiae turba fraudatorum falces aureas vendit. falces magnopere appetuntur, quod concilium in silva Carnutum instat...
quid hoc sibi vult: „sumla, susla, susla"?
nusquam falces invenies nisi apud illos fraudatores Amerige falcario ablato...
ergo... Amerix fortasse a fraudatoribus abreptus est?
abreptus aut trucidatus...tandem auferte vos atque nolite huc reverti!
eiiiii!
heu cognatulum meum misellum!


eiiiii! heu cognatulum meum misellum!
collige te, Obelix! noli hastam abicere! reperiemus eum! ceterum: qualem speciem praebet cognatus tuus?
qualem speciem? qui scire possum, quoniam numquam eum aspexi?
!
porro ad eum! fortasse aliquid ibi reperiemus...
verum quidem est! qui scire possum, qualem speciem praebeat, quoniam numquam eum aspexi? si tacuisset, Asterix philosophus mansisset!
porta sera firma clausa est.
momento patefaciam.
CRRACCC
patet!
babae! quale chaos! at omnes cognati mei ordinem servant...
ea contentionis vestigia sunt. ecce, Amerix omnia utensilia culinaria reliquit...
...at contra falcarii instrumenta, falces totumque aurum desunt.
ullulllul! miserum Amerigem!
vivit Amerix! quod erat demonstrandum! pro Teutates, recuperabimus eum!
gratias Superis!
age, domum instruamus. at prius alimenta emptum eamus!
bonum consilium das!
postea...
apri Lutetiae immensis pretiis veneunt!
et venditor inflationem pretiorum in dies augeri dixit. o tempora, o mores!


solem Lutetiae orientem salutat gallus Gallicus et matutinus...
CUCURICUUU!
surge, Obelix! Amerigem investigare incipiamus!
aut hodie aut numquam! Amerix nobis recuperandumst!
adeamus ad illum cauponem Arvernum. aliquid novit!
SUB SOLE MASSILIAE
oh!
dic, quaeso, ubi Arvernus versetur, qui...
hem, dubium non est, quin cum priore domino loqui velitis.
ille Gallus insanit: tabernam mihi manipulo assium vendidit. at vos commutatione cauponis nihil detrimenti capitis!
cenam luxuriosam vobis apponere possum: sorbitionem recentissimis piscibus apparatam, quos carrus boarius Massilia huc vehit.
nonne scis, quo ierit Arvernus?
hodie mane Gergoviam profectus est carro boario — ut pisces!
SUB SOLE MASSILIAE
incommode accidit! si paulo ante venissetis, eum repperissetis!
gratias agimus!
ii Parisiaci omnes insaniunt. difficile est satiram non scribere!



Arvernum in via Gergoviam ferente assequemur.
bene!
non multum antecedit et pedibus eadem celeritate utimur, qua boves!
scilicet quia boves quoque pedibus utuntur!
ubi est iter, quaeso, quod Gergoviam fert?
publica VIII utimini!
quae frequentia vehiculorum!
caelo sicco et sole sereno multa vehicula collidi pro certo habeo.
PUBLICA VIII AGEDINCUM LUGDUNUM GERGOVIAM
RETARDATE VELOCITATEM SERVI VIAM REPARANT!
exercitium exquisitum!
sacra simplicitas! hi fures furiunt quam diaboli. animum attende ad boves! collisio celeriter facta erit!
Arvernum nostrum nondum videre possum...
nunc carrum eius illic in ascensu viae aspicio...
chunt, qui...!!!


eccum Arvernum!
acceleremus!
incipit insectatio furiosa...
porro! porro!
antecedam te!
BUMPF
quid echt? quid me vultich?
ubi Amerix est?
chatich! chatich!
schatisch! schatisch!
mihi permitte eum, Asterix, mihi permitte eum!
die quodam hominech venerunt et Amerigem checum duxcherunt... forte ibam via falcha et illa monchtra etcham me abchtrahere volebant...
pochtea unuch exch iich nomine Brutalixch me dimichit ea condicione, ut omnech, qui Amerigem quaererent, ei indicarem. me coniuratorem fedcherunt, ched innocentichimuch chum!
bene! Arvernus nobis dixit, ubi habitet ille Brutalix...
vellem bovem nobiscum abstulissemus gustandi causa.
ne mille quidem bovech me Lutetiam retrahere pochunt!
20



nisi Arvernus nos fefellit, haec quidem domus Brutaligis est.
aperi, Brutalix! aperi, per Teutatem!
ianuam effringam?
BUM
BUM
effringe!
io!
CRAAAACC
vacuum!
omnia effodiemus!
BAM
CRAC
?
BIONG
BIANG
ADABUM
CRAC
per Minervam! iterum vos!
move te ocius!
effringam?
nondum, Obelix, nondum!
paulo post...
consideranti mihi, quae facta sint, cum nihil aliud nisi falcem emere cuperemus, mens perturbatur.


vivat Vercinge... icc...torix!
et vos? ... cur hic estis? ... icc!
quaerimus Brutaligem quendam.
(hamham!)
notus est mihi! operatur... icc... in taberna Lucrifigis!
apud Lucrifigem vinulum Narbonense apponebatur, quod... icc... nemini umquam detrimento erat... sed nunc taberna clausa est... icc... Roma locuta, taberna finita!
triste est! triiiste! buhuu... icc... buhuuu...
nonne tu scis, quo Lucrifix et Brutalix ierint?
nescio... ei!... saepe Lucrifigem tempus locumque cum Brutalige constituisse sub sepulcro cippis exstructo audiebam... icc...
sub sepulcro cippis exstructo?
vestigium parvulum est, attamen vestigium. eamus illic!
eamus!
CRAAACCC
?
vivat Vercinge... Vercing...icc... Vercegintorix!
22



icc!
?!
succurrite! ad arma! captivi evadunt!
hihihihi!
BIONG
tibi nihil aliud curae est nisi delectatio tua, cum tantae res nobis conficiendae sint!
TNUFFS
TRAX
desistite, per Mercurium! praefectus, magister meus, de tumultu queritur. omnia a vobis ei explicanda sunt!
BIONG
TRAX
iterum vos, Galli! me fastidientem et cenantem turbatis.
destructivi sunt: domum, portam carceris, septem legionarios destruxerunt!
icc!
quae paene me delectant. optime! pro ea re libertas iis duobus Gallis detur!
paulo post...
vivat Vergetocetrige...
icc!


sepulcrum cippis exstructum, qua Lucrifix et Brutalix ad constitutum convenire solent, nobis inveniendumst!
facile non erit...
VIA AQUITANICA
unde id scis? Lutetiae multa sepulcra cippis exstructa esse non suspicor...
o pauperem Lutetiam!
fortasse illic aliquid discere possumus.
VISITATE LUTETIAM!
Claudius Metrobus monstrator
Latine loquimur
Celtice loquimur
Teutonice loquimur
vultisne inspicere pulcherrimum oppidum nostrum?
nolumus. sepulcra cippis exstructa spectare cupimus!
at talia sepulcra nobis non sunt!
oooooh! o pauperem Lutetiam!
cognitum habeo vobis unum saltem esse!
momentum... profecto... aliquis mentionem fecit sepulcri ingentibus cippis exstructi in silva ad occidentem solem spectante.
perfectum! duc nos in illam silvam!
nullo modo! luporum et latronum plena est!
nonne delicias Lutetiae nocturnae lupis praefertis? stat tribus sestertiis, cervisia gratis!
lupos praeferimus!
agedum, requiramus illam silvam ad occidentem solem spectantem!
unum modo sepulcrum cippis exstructum... pauperem Lutetiam!
VISITATE LUTETIAM!
24


pro Belene, Sol ipse nobis viam ostendit, qua eundumst!
comiter facit!
nonne times, ne lupis occurramus?
minime vero, sed nos etiam apris occursuros spero, quia esurio et ab asso lupino abhorreo!
etiam latronibus occurremus!
bae! etiam ab asso latrocinali abhorreo!
ambo Galli nostri silvae densae appropinquant, adhuc ignarae aliquando „Bois de Boulogne" appellatum iri...
quo vaditis?
in silvam!
at silva nocte periculosa est. multi lupi et latrones eam frequentant!
nihil est! nobis Gallis verbum ipsum timoris ignotum est!
verum non est. ego et Gallicus et timidus sum!
miror, utrum lupi an latrones priores nobis occursuri sint.
pignore certemus?
si lupi priores occurrunt, tu mihi duo pocula cervisiae debes, sin autem latrones ego tibi debeo!
pactum!
TATCH
UUL UUL UUUUU!
lupi! vici!
bestiae obscenae!
CRICC


ululatus oritur illic...
semper vincor, cum pignore certamus. aequum non est!
UULUUL UUUL!
UUL UUL UUL!
nonne vides? nonne praedixi?
oh, non ignoro: magister meus Asterix maximus est; magister Asterix omnia videt et audit!
UULUULUUUL!
fieri non potest, quin illic in excelsis aliquid ad edendum aptum sit!
huc ad me!
nonne praedixeram?
UULUULUUUL!
nihilominus in certamine victus es, furcifer!
iudex iniquus es, quia tu condiciones posuisti!
ULUULUUUUL!
perfer et obdura, Obelix!
sermonem vestrum interrumpere nolo, tamen quaero: consideretis cum animis vestris, quomodo mihi auxilum ferre possitis!
UULUULUUUUL!
in itinere sumus!
viri vere Gallici estis!
GRRRRRRRRFFG!
bestiae obscenae! bestiae obscenae! ne consumi quidem potestis!
agite! cubile quaerite!
BACC
BACC
CECH! CECH! CECH!
descendere potes, nemo hic est nisi nos!
estne verum?
vae victis!
!?


gratiam vobis ago!
quis tu?
latro sum!
!
furcifer si paulo ante apparuisses, ego in certamine vicissem!
mitte me!
esto!
dic mihi, latro: novistine sepulcrum cippis exstructum in hac silva?
tale sepulcrum invenies media in silva apud magnam quercum!
optime! tu nos eo ducturus es!
mediam in silvam? hac hora?
!!
latro quidem sum, attamen non mente captus!
FIIIIIPP
reportemus eum?
opus non est. viam nos ipsi inveniemus.
FFRRRUMMMMM
omnino nihil videre possum multumque pluit!
ita est, Obelix... itinere deerravi! confugiamus huc...



pluere desiit lunaque apparet!
ita est, at nos a via aberravimus.
ex me quaerere incipio, num sepulcrum cippis exstructum investigemus.
eiiiii!
o pauperem Amerigem! numquam eum inveniemus!
eiiiii!
sed...?!? sed...?!?
snif-ff-fff!
hoc quidem sepulcrum est cippis exstructum, Obelix! habemus sepulcrum!
verum est. ecce magna quercus!
Amerix servatus est Amerix servatus est!
quid nunc faciamus, Asterix?
istud sepulcrum locus est, ubi fures falciferi conveniunt. insidias eis collocabimus!
horae praetereunt et Sol locum suum caelestem obtinet...
surge te, Obelix! appropinquat aliquis!
!



Brutalix est. in eum invadamus?
minime vero, Obelix, tacedum!
scrui! arrrgcif frunnnnc
cur non invadimus?
sssst, quaeso, Obelix!
nisi explicas, solus invadam. praeterea me laesisti!
scire volo, quo eat, Obelix, tacedum! nobis observandus est!
oh!
ex oculis elapsus est!
?!?
tua culpa est, Obelix, me impedivisti, quominus eum observarem!
immo tua culpa est, quia me impedivisti, quominus in eum irruerem!
vestigia hic finiuntur.
fortasse alicubi fovea est?
iam investigo!
inveni!
29


momentum, Obelix! haustum potionis magicae bibam...
...iam adsum!
pro Teutates!
per hunc cuniculum progrediamur?
per hunc!
lucet aliquid illic!
per Belenum!
per omnes apros!
Druidis parva statura
Druidis crassa statura
Druidis media statura
Druidis magna statura
caelum in caput meum incidat! falces aureae, mille falces aureae!
potius dicam: decades falcium aurearum!
multumne vestra interest horreum nostrum falcium inspicere?
comprendite eos!
recte tonas! comprendite nos!
certe quidem! certe quidem!


radii solis fulgentis caelum serenum illuminant...
...aves parvae in ramis sedentes fritinniunt...
...sciuri in musco se agitant...
...dum sub musco...
BIONG
EEEEEH
RACCC
EUH
insta iis sceleribus, Obelix!
sane quidem, Asterix!
BUM
SPLIFF
EUPP
restatne aliquis, Asterix?
nullus iam, Obelix; postremus hoc ipso tempore a te prosternitur...
BUM
BUM
BUM
aufugiamus! caput praemoneam necesse est!
tune explanare potes, Obelix: Lucrifigem invenire non possum, sollicitus sum...
nihil gravius ei accidit: paulo ante hic erat.
utique Brutaligem teneo.
plus quam nihil est...



vos ceteri facessite hinc! vobis opus non est!
ad summam: quid accidit?
at tu remanes. nobis aliquid narrabis!
omnino nihil narrabo!
fac narret, Obelix!
omnia narrabo!
pauca modo scio. iste cuniculus nihil est nisi horreum falcium. falces efficit Amerix, Lucrifix huc affert.
ubi est Amerix, consobrinus meus?
captivus est principis capitalis!
ergo Lucrifix non est princeps capitalis?
minime vero! Lucrifix solus principem capitalem novit! per Teutatem: caelum in caput meum incidat, si mentiar!
age, principem capitalem indagemus!
porro!
et quid ad me? quid de me facietis?
tute in cuniculo resistes falcesque observabis. Amerigis sunt!
oh, mihi gaudio erit!
plane delirant! ut primum abscesserint, ego cum falcibus evadam!
paulo post...
istud saxum in porta Taenaria positum Brutaligi ad illecebras vincendas auxilio erit!
ille carnifex obscenissima quidem verba novit!


celeriter Lutetiam redeamus; Lucrifigem reperire experiemur; ille nos ad principem fraudatorum ducet!
paulo post...
lactuca optima! recens Roma importata!
emite exquisitum oleum Graecum!
bona farcimina Lugdunensia!
o Asterix, nundinas esse credo hodie!
paululo post...
cupio frustum carnis suillae.
summane bonitate?
ah, optimum!
optima quidem caro est!
Obelix! eccum!!! illic est!!!
!!!
stat duobus sestertiis!
quid? vendo non pluris quam ceteri!
ecce, illic currit!
illic currit mea carnicula suilla primae qualitatis! furem prendite!
RAC
CACC
quo cucurrit?
quisnam clamat?
mea carnicula primae qualitatis!


TOC
BEMM
TAC
FLUPS
FLAP
per Apollinem!!! iterum vos!
idem egomet dicere possum, Romane!
?
comprendite istos ambo!!!
audite: modesti este...
invehar in eos, Asterix?
minime, Obelix! nos controversiam per colloquia componere posse certum habeo...
et mea carnicula? quis pro mea carnicula suilla primae qualitatis solvet?
paulo post...
ave, centurio! reduco tibi istos Gallos ambo!
per deos immortales! hospites in aeternum sunt!
et quis pro mea carnicula solvet?
audite, Romani: omnia explicabimus!
nil explicabitis! in vincula eos conicite et separatim in carcerem includite!
...primae qualitatis...
et quid de mea carnicula suilla primae qualitatis suscipietis?
quid de tua carnicula suilla primae qualitatis suscipiam, tibi demonstrabo!
paulo post...
prendistine furem?
minime, cedo carniculam suillam!


haec omnia patiamur?
me erravisse credo: erumpemus!
silentium!
tu, crasse, illuc procede...
bene vale in breve tempus, Asterix!
certiorem te faciam, Obelix!
bene, interea paulum requiescam...
porro, Galle, intra!
te ianuam obserare opus non est: brevi egrediar!
POCC
bene, paulum potionis magicae sumam et catenas ridiculas rumpam...
babae! quomodo ne vinculis liberem, ut haustum potionis magicae bibam?
at... icc... recognosco te!
!!!
quid? tune adhuc in carcere?
ita est... au... icc... aufugi, sed me huc retraxerunt!
animum attende: cape lagoenam cingulo meo affixam et mihi bibere da!
vivat... icc!
Verginceritox!
bi... icc.. bibine istud potest? sapitne bene?
per Teutatem! age, propera, amphora semper plena!
35


fac, malum, mihi des hanc lagoenam!
nolo! non es... icc... comes erga me... offensus sum!
audi: sapit optime paulumque bibere tibi licet.
icc!
quae cum ita sint, volo!
GLUP
GLUP
GLUP
GLUP
mire quidem sapit.
RACC
CLAC
vivat... icc... Vergogetrecix!
silentium!
venisne, Obelix?
iam adsum!
RACC
CRAAAC
vivat Gegitrigerix!
etiam taces?
36


vivat Vergetrocerix... icc...
quin taces?!
silentium!
quid?
per Iovem, maleficentissimi Galli sunt!
porro, legionarii!
fieri aliter non potuit: adsunt!
bellissimum!
bene accidit, ut modo paulum potionis magicae sumpserim. constitutio mea prima est!
BIANG
ego equidem paulo minus valeo... cassus venter non pugnat libenter!
succurrite!
ah, desine! eamus!
nonne prius istam cohortem concidere volumus?
alia nobis conficienda sunt, Obelix. Lucrifigem inveniamus necesse est!
Gracchus Fastidiosus, magister meus, causam huius tumultus discere...
RUMMM
...cupit!
icc?


lingua mea... icc... aridissima est. ille quem bibi liquor me omnino exsiccavit!
ecce comprendite eum!
icc!
sinite me! poculum cervisiae potatum abeo, deinde... icc... revertar!
TAC
TUC
icc?
BIANG
BIONG
io triumphe! vivat Vercincingeto... vivat nescio quis!
icc!
interea...
ubi hercle exitus?
state!
hic aditus vobis interdictus est. Gracchus Fastidiosus, praefectus, hic intus est!
optime! paucis eum volo, praefectum tuum!
BIANG
heiiiiaa!



?!
!!
ii ipsi sunt, principalis!!!
nimis multa loqueris, Lucrifix. enervas me!
ii ipsi sunt!!!
da veniam, o Gracche Fastidiose. isti Galli te excitare ausi sunt. huius audaciae poenas dabunt!
applaudo!
praefectus fraudator est! caput fraudatorum falcium est!
tua absurda insolentia multabitur, Galle!
temptate modo!
Gallia porro!
sinite eos! verum ille dicit... ego profecto fraudatoribus falcium aurearum praesum!
!
quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo quando?
talia feci, ut me aliquantulum delectarem; taedio tabesco!
etiam propter aurum feci. nihil aliud me delectat nisi aurum.
acta est fabula... da mihi alterum pullum, Lucrifix...
id tempus non est sententiose dicendi et immoderate devorandi!!!
39


et Amerix, ubi est Amerix?
parvus et carissimus consobrinus meus?
ille falcarius, quem comprendi iussi? est in cellam subterraneam coniectus.
deorsum!
re vera pullum repudias, Lucrifix?
mihi appetentia ciborum noniam est!
Amerix!
!!!
Obelix sum, consobrinus tuus!
Obelix?
omnium beatissimus sum!
et iste amicus meus Asterix est!
pergratus mihi es!
hem... vosne quoque captivi estis? an venitis, ut me liberetis?
liber es, Amerix, liber!
isti catenas exuite, illis induite!
tandem paululum varietatis! Caesar furet, cum me hoc facinus commisisse cognoverit! naves triremes eius nobis propellendae sunt vel potius: nos leonibus proici iubebit. iocus lepidissimus erit!
oh, maximus sane iocus!


scio, ubi sint ceterae falces tuae, Amerix: in silva sub sepulcro cippis exstructo statim eamus, ut eas afferamus!
nunc me demittere potes, Obelix consobrine.
nonnullis horis post...
Brutalix abiit, excessit, evasit, erupit, velut si Teutates ipse eius vestigiis instaret!
hihi! per Belenum, in omne tempus Lutetiam reverti nolet!
AMERIX
venite ad me, ut diem festum agamus!
hui, quantum edere potes, Obelix consobrine!
SCROCC
SCROCC
ceterum, Amerix, hic sumus, ut Druidae nostro falcem auream emamus.
hanc vobis dono! pulcherrimam omnium, quae mihi sunt!
at pretium solvere volumus!
SCROCCC
SCROCCC
pecuniam nullo modo accipio! tanta vobis debeo! me pudore afficitis!
quod cum ita sit...
ego quoque tibi donum parvum apportavi, Amerix!
istum cippum! colloca eum, ubicumque voles!
!
at nunc nobis in vicum nostrum redeundumst... Druida falcem suam exspectat!
salve, Amerix consobrine; brevi nos visita!
RMMMF
gratias vobis ago pro tantis beneficiis! numquam obliviscar!
sine, sine!



ambo amici nostri cum falce aurea Lutetiam relinquunt domumque redeunt nullis casibus retardati....
Lutetia est virgo flaaaava...
nonnulli latrones se arroganter...
nobis caelum in caput incidisse constat!
...aliqui barbari se temerarie...
iudigasne eos nos elegander dragdavisse?
immo inelegandissimae!
age, Obelix, ne cunctatus sis!
...plures apri se imprudenter gesserunt...
...sed in summa, ut supra diximus, nihil memorabile accidit in itinere amborum!
ecce vicum nostrum, Obelix!
optime!
omnes concurrite! Asterix et Obelix redierunt!
nobis dicent, quibus vestibus Parisiacae se hoc anno ornent!
salvete, probissimi viri bellicosi!
nunc est rarissima occasio carmen componendi!
tempta modo!
ecce falcem tuam auream, o Panoramix, Druida noster!
gratias ago, cari amici! me vobis confidere posse non ignoro!
omnes vicani adventum heroum nostrorum et falcis aureae celebrant, quae vicum magno honore afficit...
incredibile dictu: Cantorix bardus ne unum quidem carmen cecinit!
HMMMMMPF!
HMMM
NARRATIONS


FALX AUREA


delirare: spinnen, to be mad, être fou, essere pazzo, estar majareta
pag. 5, venatio, onis, f: Jagd, hunting, chasse, caccia, caza
cippus, i, m: Hinkelstein, menhir, menhir, cippo, menhir
aper, apri, m: Wildschwein, boar, sanglier, cinghiale, jabali
certe volo: aber sicher, sure, bien sûr, certo, si, por cierto
bardus, i, m: Sänger, bard, chanteur, bardo, bardo
pag. 6, quercus, us, f: Eiche, oak, chêne, quercia, encina
horribile dictu: ganz schlimm, very bad, horrible, cattivo, esto es horrible
viscum, i, n: Mistel, mistletoe, gui, vischio, muérdago
falx, falcis, f: Sichel, sickle, serpe, falce, hoz
anniversarius, a, um: alljährlich, annually, annuel, annuale, anual
longinquus, a, um: weit entfernt, far away, eloigné, lontano, lejano
latro, onis, m: Räuber, robber, brigand, ladro, ladrón
refertus, a, um: voll von, filled with, encombré, pieno di, lleno de
pag. 7, alea iacta est: der Würfel ist gefallen, the die is cast, le sort en est jeté, il dado è tratto, está echada la suerte
consobrinus, i, m: Vetter, cousin, cousin, cusino, primo
proficisci: aufbrechen, to depart, partir, partire, marcharse
potio magica: Zaubertrank, magic potion, potion magique, filtro magico, filtro
aduri (Pass.): anbrennen, to begin to burn, brûler, attacarsi, quemarse
pag. 8, aenum, i, n: Kessel, kettle, marmite, paiòlo, caldero
impensa, ae, f: Kosten, expenses, frais, impiego, gasto
porro! auf geht's, hü!, whoa! hue! arri! arre!
quorsum? wozu? what for? pourquoi? a che cosa? para qué?
minuere: vermindern, diminish, réduire, diminuire, reducir
pag. 9, assus, a, um: gebraten, fried, rôti, arrosto, asado
lingula, ae, f: Feinschmeckerzunge, gourmet tongue, gourmet, lingua di buongustaio, lengua de gourmet
gubigulum = cubiculum, i, n: Schlafgemach, bedchamber, chambre à coucher, camera da letto, dormitorio
sarcina, ae, f: Gepäck, luggage, bagages, bagaglio, bagage
ain tu? wirklich? really? vraiment? veramente? de verdad, tú?
coniunctio, oins, f: Beziehung, relation, relation, relazione, relación
pag. 10, amoenitas, atis, f: reizende Gegend, charming area, paysage charmant, paese grazioso, paisaje ameno
novo more: neumodisch, trendy, moderne, alla mode, moderno
biiugi bubuli: Ochsenwagen, oxen cart, chars à bœufs, carro di buoi, carruajes de bueyes
en aspice! schau mal! look! regarde! guarda! mire!
pag. 11, confertus, a, um: dicht gedrängt, overcrowded, comble, denso, apretado
vorantne hamum? beißt was an? (verschlingen sie die Angel?), do you have a bite? ça mord? da un morso? ha mordido el anzuelo?
scruta, orum, n: Abfall, garbage, saletés, rifiuti, desperdicios
amphora, ae, f: Weinkrug, amphora, amphore, anfora, ánfora
domicilium, ii, n: Wohnung (Adresse), domicile, domicile, domicilio, domicilio
venditor, oris, m: Händler, merchant, marchand, venditore, vendedor
pag. 12, nidus, i, m: Nest, nest, nid, nido, nido
molestia, ae, f: Beschwerlichkeit, trouble, ennui, molestia, molestia
caupo, onis, m: Gastwirt, innkeeper, hôte, oste, tabernero
madidus, a, um: beschwipst, tipsy, joyeux, brillo, ebrio
labrum, i, n: Rand, rim, bord, bordo, borde
pag. 13, perspicax, acis: scharfsinnig, sagacious, perspicace, perspicace, perspicaz
pag. 14, crassus, a, um: wohlbeleibt, corpulent, gros, corpulento, gordo
spatiari: umherspazieren, to walk around, se promener, passeggiare, pasearse
certe quidem! ja sicher! of course! mais oui! certe! cierto!
pag. 15, rusticus, a, um: tölpelhaft, awkward, maladroit, rustice, como un rústico
vestiarium, ii, n: Garderobe, cloak room, vestiaire, guardaròba, guardarropa
pag. 16, lac caprarium: Ziegenmilch, goat's milk, lait de chèvre, latte caprina, leche de cabra
pinguis, is, e: fett, rich, gras, grasso, gordo
tenax, acis: kleinlich, petty, minable, gretto, tenaz
caupona, ae, f: Gasthaus, inn, bistro, bettola, bodega
pag. 17, strepere: schmettern (dröhnen), to rumble, résonner, retumbare, hacer estrepito
pergere (perrexi, perrectum): weitermachen, to continue, continuer, continuare, proseguir
mutuum dare: leihen, to lean, préter, prestare, prestar
festinare: sich beeilen, to hurry, faire vite, affrettare, darse prisa
pag. 18, facessere: abhauen, to buzz off, s'éloigner, allontanarsi, largarse
pag. 19, demoliri: zerstören, to demolish, détruire, demoliere, demoler
decies: zehnmal mehr, ten times, dix fois plus, dieci volte oltre, diez veces más
pumilus, i, m: Zwerg, midget, pygmée, nano, enano
alioqui: andernfalls, otherwise, autrement, in caso contrario, en caso contrario
inquietatus, a, um: beunruhigt, disturbed, inquiet, desturbato, inquietado
facinus, facinoris, n: Schandtat, misdeed, infamie, delitto, acción infame
pag. 20, lis, litis, f: Streit, squabble, litige, lite, riña
pertaesus, a, um: überdrüssig, tired of, dégôuté, disgustato, harto
commercium, ii, n: Handel, trade, trafic, commercio, comercio
sagacitas, atis, f: Scharfsinn, acuteness, perspicacité, sagacia, sagacidad
fraudator, oris, m: Schieber, swindler, traficant, ingannatore, estafador
abripere (abripui, abreptum): entführen, to kidnap, enlever, rapire, secuestrar
trucidare: niedermetzeln, to massacre, massacrer, massacrare, pasar a cuchillo
pag. 21, noli hastam abicere! wirf die Flinte nicht ins Korn! do not throw the sponge! ne jette pas le manche aprés la gognée! non getta il manico dietro alla scure! no abandones la partida!
pag. 22, investigare: aufspüren, to hunt up, faire des recherches, investigare, investigar
manipulus, i, m: Handvoll, handfull, poigneé, manata, puñado
detrimentum, i, n: Schaden, detriment, détriment, detrimento, detrimento
sorbitio, onis, f: Suppe, soup, soupe, minestra al brodo, poción
carrus boarius: Ochsenkarren, oxen cart, chars à bœufs, carro di buoi, carruajes de bueyes


satira, ae, f: Spottgedicht, satire, satire, satira, sátira
pag. 23, frequentia, ae, f: Menge, crowd, circulation, frequenza, multitud
fur, furis, m: Schurke, rascal, chien, furfante, canalla
diabolus, i, m: Teufel, devil, diable, diavolo, diablo
collisio, onis, f: Zusammenstoß, collision, collision, collisione, colisión
ascensus, us, m: Aufstieg, ascent, ascension, salita, subida
pag. 24, accelerare: sich beeilen, to hurry, accélérer, accelerare, acelerar
insectatio, onis, f: Verfolgung, pursuit, poursuite, persecuzione, persecución
conditio, onis, f: Bedingung, condition, condition, condizione, condición
innocens, entis: unschuldig, innocent, innocent, innocente, inocente
auferre (abstuli, ablatum): mitnehmen, to take along with, emmener, portare con se, llevar consigo
pag. 25, fallere (fefelli): betrügen, to deceive, tromper, ingannare, engañar
effodire (effodi, effossum): durchsuchen, to search all over, fouiller, frugare, registrar
ocius: schneller, faster, plus rapide, più rapido, más rápido
pag. 26, sepulcrum cippis exstructum: Hünengrab, barrow, dolmen, dolmen, dolmen
pag 27, fastidire: sich langweilen, to feel bored, s'ennuyer, annoiarsi, aburrirse
pag. 28, monstrator, oris, m: Fremdenführer, tourist guide, guide, guida, guía
saltem: wenigstens, at least, au moins, almeno, lo menos
agedum! auf geht's! now then! allez-y! orsù! vamos!
requirire: untersuchen, to examine, recherche, esplorare, buscar
pag. 29, esurire: Hunger haben, to be hungry for, avoir faim, aver fame, tener hambre
lupinus, a, um: wölfisch, wolfish, du loup, da lupo, de lobo
assum, i, n: Braten, roast meat, rôti, arrosto, asado
latrocinalis, is, e: räuberisch, rapacious, brigand, brigantesco, de bandidos
frequentare: bevölkern, to populate, peupler, affolare, frecuentar
pignus, pignoris, n: Wette, bet, pari, scommessa, apuesta
obscenus, a, um: widerwärtig, unpleasant, sale, schifoso, obsceno
nihilominus: trotzdem, nevertheless, néaumois, ciononostante, no obstante
pag. 31, mente captus: verrückt, crazy, fou, pazzo, loco
insidiae, arum, f: Hinterhalt, ambush, embûche, insidia, emboscada
caelestis, is, e: himmlisch, celestial, céleste, celeste, celeste
fovea, ae, f: Falltür, trap-door, trappe, botola, trampa
pag. 34, haustus, us, m: Schluck, swing, gorgée, sorso, sorbo
cuniculus, i, m: Stollen, tunnel, galerie, galleria, galería
tonare: brüllen, to roar, rugir, suonare, hablar con voz atronadora
pag. 35, fritinnire: zwitschern, to twitter, gazouiller, cinguettare, gorjear
sciurus, i, m: Eichhörnchen, squirrel, écureuil, scoiattolo, ardilla
scelus, sceleris, n: (Untat) hier: Schurke, rascal, chien, furfante, canalla
muscus, i, m: Moos, moss, moussu, muschio, musgo
prosternere (-stravi, -stratum): ferigmachen, to beat up, liquider, distruggere, abatir
sollicitus, a, um: aufgeregt, excited, inquiet, inquieto, inquieto
utique: jedenfalls, in any case, en tout cas, in ogni caso, sobre todo
caput praemoneam necesse est: ich muß dem Chef Meldung machen, I have to notify the boss, il fout que je fasse rapport au chef, e necessario far rapporto al principale, es necesario advertir al jefe
pag. 36, horreum, i, n: Vorratslager, stock, dépôt, deposito, almacén
princeps capitalis: großer Chef, big boss, grand chef, grande principale, gran jefe
indagare: aufspüren, to hunt up, découvrir, rintracciare, indagar
porta Taenaria: Eingang zur Unterwelt, jaws of hell, gueule de l' infer, bocca dell'inferno, puerta del infierno
illecebra, ae, f: Verlockung, temptation, tentation, tentazione, tentación
carnifex, icis, m: Halunke, blackguard, coquin, birbone, bribón
pag. 37, lactuca, ae, f: Kopfsalat, garden-lettuce, salade, insalada di latuga, lechuga
farcimina Lugdunensia: Lyoner Wurst, sausage from Lyon, saucisson de Lyon, salsiccia di Lyon, embuchado de Lyon
nundinae, arum, f: Markttag, market-day, jour de marché, giorno di mercato, mercado
frustrum, i, n: Bissen, bite, brin, boccone, bocado
carnicula suilla: Schweineschnitzel, pork chop, escaloppe de porc, costoletta di maiale, escalope de cerdo
pag. 38, controversia, ae, f: Streitfrage, controversy, différend, controversia, controversia
comprendere = comprehendere: ergreifen, to catch, prendre, prendere, capturar
hospites in aeternum: Stammgäste, regular guests, clients habituels, avventores abituales, parroquianos
separatim: einzeln, separate, séparément, separatamente, separadamente
cedo! (= donec!): her damit! give it to me! donnez le moi! dammi! dáme!
pag. 39, obserare: verriegeln, to bolt, fermer, chiudere, cerrar con llave
ridiculus, a, um: lächerlich, ridiculous, ridicule, ridicolo, ridiculo
animum attendere: achten auf, to pay attention to, écouter, ascoltare, prestar atención
lagoena, ae, f (lagona): Flasche, bottle, bouteille, bottiglia, botella
cingulum, i, n: Gürtel, belt, ceinture, cintura, cinturón
sapire (sapii): schmecken, to taste, gouter, piacere, gustar
pag. 40, comes, itis, m: Gefährte, companion, compagnon, compagno, compañero
offensus, a, um: beleidigt, to feel hurt, bouder, offeso, ofendido
etiam taces! willst du wohl schweigen! shut up! tais-toi! sta zitto! aún no callas!
maleficentissimus, a, um: vermaledeit, blasted, fichu, maledetto, malvado
cassus, a, um: leer, hollow, creux, vuoto, vacío
pag. 42, aridissimus, a, um: ausgedörrt, parched, arride, seccato, reseco
io! juchhe! yippeh! ô gué! urràh! olé!
hercle! beim Herkules! by Hercules! chez Hercule! per Ercole! por Hercules!
paucis aliquem volo: ich will jmd. ein paar Worte sagen, I would like to say some words t. s., je voudrais dire quelques mot à qu., voglio dicere alcuni pavole a qualcuno, querer decir unas pocas palabras
pag. 43, enervare: langweilen, to bore, ennuyer, annoiare, enervar
insolentia, ae, f: Unverschämtheit, impertinence, audace, insolenza, insolencia
taedium, ii, n: Langeweile, boredom, ennui, tedio, tedio
tabescere: verschmachten, to pine away, mourir de, morire di, languidecer
pullus, i, m: Hähnchen, cockerel, poulet, gallo, pollo
sententiosus, a, um: geistreich, witty, sentencieux, spiritoso, sentencioso
devorare: hinunterschlingen, to gobble up, goinfrer, inghiottire, devorar
pag. 44, subterraneus, a, um: unterirdisch, subterranean, souterrain, sotterraneo, subterráneo
appetentia = appetito, onis, f: Appetit, appetite, appétit, appetito, apetito
deorsum: hinab! down! en bas! abbasso! abajo!
pergratus, a, um: hochwillkommen, highly welcome, bienvenu, benvenuto, bienvenido
triremis, is, f: Dreiruder (Trireme), ship with three rudder decks, triréme, trireme, trireme
pag. 45, oblivisci (oblitus sum): vergessen, to forget, oublier, dimenticare, olvidar
pag. 46. flavus, a, um: blond, blond, blondie, biondo, rubio
arroganter: hochmütig, arrogant, présomptueux, arrogante, arrogante
temerarius, a, um: tollkühn, foolhardy, téméraire, temerario, temerario
immo: allerdings, indeed, en effet, veramente, verdad es que
cunctari: zögern, to hesitate, tarder, ritardare, tardar
heros, herois, m: Held, hero, héros, eroe, héroe
incredibile dictu: erstaunlich, funny, c'est drôle, strano, asombroso

proost Turnhout (Belgium)

PRINTED IN BELGIUM


RAX!
delirant isti Romani!


paulo minus valeo, Panoramix!...
nullo modo, Obelix, potionem magicam accipies! milies tibi dicebam te natum infantem in eam incidisse!


ADHUC EDITUM:
ASTERIX GALLUS
FALX AUREA
ASTERIX APUD GOTHOS
ASTERIX GLADIATOR
ITER GALLICUM
-UDERZO-